



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiae**

10. Quo tempore & loco restitutio fieri debeat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

2. Qui ex furto, rapina, vi illata debitor est, iure compensationis priuatur. 3. In deposito compensationis locus non est Neque in commodato: sed hæc sunt fori externi.

NB. In conscientiae foro, si quodcumque debitum, modo indubium sit, alio modo consequi non liceat, V.C. via Iudicij, prospicere mihi possum compensationem, vel saltem alterius cuiusque à me debiti retentionem, donec mihi satisfactum sit, si via iudicij possim debitum meum recuperare.

¶ Si chirographum seu instrumentum debiti per debitorem reperiatur, præsumptio est factæ solutionis, nisi persona, quæ Chirographum producit, domestica, tunc onus probandi ei incumbet, quod soluerit. Hinc consultum est debitori, ut facta solutione debiti, à creditore non tantum exigat Chirographi sui restitutionem, sed etiam confessionem facta solutionis; quia *professio pecuniæ solutæ maiorem probationem continet, quam si chirographum accepta pecunia redditum fuisset.*

## C A P. X.

*Quo tempore & loco Restitutio fieri debeat.*

¶ **D**ebitor ex contractu solvere debet, tempore quo inter partes conuentum est, tamen si creditor tunc non exigat, quia dies ipsa, siue tempus statutum, intra quod solutio fieri debeat, pro creditore interpellat, & debitor differens defert iniuriam creditori, teneaturque compensare. Excipe si creditor absit, & non reliquerit procuratorem. Quod si nullum tempus solutioni deputatum, tunc debitor non teneatur



tenetur de damno creditor antequam is congruo tempore exegerit solutionem.

Debitor ob iniustam læsionem, aut rei alienæ detentionem, cum primum potest, restituere tenetur. Ratio, quia præceptum negatiuum non detinendi rem alienam, semper obligat.

NB. Habens propositum restituendi, & aliquantulum differens, non est statim mortalis damnandus, quia licet dilatio iniusta, tamen non censetur gratis.

Quæ iniuste accepta sunt, sumptibus eius, qui accepit, ad dominum deferenda sunt, ut is omnino indemnus seruetur. Ratio, quia restitutio orta ex iniusta damnificatione, in integrum fieri debet, ita ut Creditor omnino indemnus seruetur. Excipe, nisi sumptus debitoris superant rem restituendam, tunc enim pauperibus dabis, nisi spes sit domino sine sumptu notabili restituendi.

Bonæ fidei possessor, satisfacit, si restituat in loco, ubi rem possidet. Ratio, quia restitutio faciendæ est, ratione rei acceptæ bona fide hætenus possessoris, sola rei possessio transferenda est; in superiori autem assertione restitutio erat faciendæ, ratione iniustæ acceptionis & tunc integrum damnum & lucrum cessans compensanda est.

Debita ex contractu, eo loco solui debent, de quo inter partes expresse, vel tacite conuentum est.

NB. In contractibus gratuitis, V. C. donationibus, res danda est in loco ubi sita est; In reciprocis verò V. C. mutuo, emptione, &c. in loco ubi res accepta. Ratio est, quia res una in reciprocis contractibus, in alterius quasi locum substituitur, quod tunc perfectè fit, si etiam idem locus acceptionis & restitutionis



tutionis fertur. In censu autem reali solutio fieri debet in loco, ubi res frugifera sita: In personali autem, in loco ubi persona obligata domicilium habet. Excipe consuetudinem. Præterea si creditorem debitor non reperiat eo loco, ubi solvere debet, ne minus procuratorem ab eo tempore non censetur esse in mora.

6 Si creditor oblatum sibi debitum recipere noluit, consultum est apud Iudicem deponi. Talis enim depositio vim habet plenæ liberationis, ita ut impediatur cursus usurarum, liberet à casu periculi fortuiti, soluat pignora, &c.

## C A P. XI.

*Quo ordine restituendum sit?*

1 **S**I debita omnia ad debitoris impotentiam restituenda non possint, quæ certa sint præferenda incertis. Ratio, quia dominis certis ex iustitia commutativa proprie dictum ius competit, ad debita sua exigenda, non item pauperibus ad postulanda debita incerta, quippe ex sola lege Ecclesiastica, quæ iuri illius obligationi naturali nullum præiudicium adhibere censetur. Excipe, nisi res aliena in specie extet apud iniquum possessorem, ea enim pauperibus restituenda debet, si proprio domino non possit. Ratio, quia debitor creditoribus suis certis obligatus est tantum proprijs bonis solvere, non item ex alienis. Si autem aliquis rem certam ab aliquo iniuste raptam detinet, eius dominus non efficitur, quamvis verus dominus ignoretur.

Assert. 2. Quæ res in specie extant, certis dominis debentur, V. C. ex commodato, locato, furto, &c. Item si res empta apud debitorem in specie extet